de sp̄u sc̄o· totius series lectionis ostendit; Et ideo apo
stolica consideremus eloquia; Quotiens legitur
inquit moyses· uelamen positum ē supra cor eorū;
Cum uero conuersus fuerit ad dn̄m· auferetur
uelamen; Dn̄s autem sp̄s ē; Ubi autem sp̄s dn̄i· ibi libertas;
Nos itaq; om̄s reuelata facie gloriam dn̄i speculantes·
ad eandem imaginē reformamur· a gloria in glo
riam· sicut a dn̄i sp̄u; Hoc ē quia ad dn̄m sumus
conuersi· ut sp̄itali intellectu· quasi in quodam spe
culo scripturarum dn̄i gloriam uideremus· nunc
ab hac gloria que nos conuertit ad dn̄m· in illam
celestem gloriam reformemur; Ergo cum dn̄s
sit ad quē conuertimur· dn̄i autem sp̄s sit a quo refor
mamur qui conuersi ad dn̄m sumus· dn̄s utiq; sp̄s ēē
esse designatur; Ipse enim conuersos suscepit·
qui reformat; Nam quomodo quos non suscepe
rat reformaret; quamquam quid expressionem
querimus uocis· ubi expressionem cernimus
unitatis; Nam et si dn̄m sp̄mque distinguas· nega
re tamen non potes· quia ubi dn̄s ibi sp̄s; Et q̄
fuerit conuersus ad dn̄m· erit conuersus ad sp̄m;

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. p.%20189 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0102/p.%20189)